Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36571
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

IIII. Fronto orator insignis habetur. Seleu
cia a romanis capta est.
.V. Cesares de parthis triumphant.
VI. Sub his principibus quarta persecutio
orta apud asiam. policarpum episcopum cum
plurimis et in gallia multos sanctorum
coronavit. In qua passi sunt rome. Ani
cetus papa. victor papa. Sonterius presbyter.
Felicitas cum .VII. filiis. Iulius et anto
ninus. Eusebius. et Pontianus. Pere
grinus. Vincentius. Apud sebasten
armenie .XL. martyres sub agrico
lao iudice. Apud spoletum Concordi
us. Germanicus. Pionius. Apud apa
miam. Alexander et Gaius. Apud
cretam Philippus episcopus. Apud perga
mum Carpus episcopus. Papirius diaconus.
Lugduno gallie Hirtheus episcopus cum
multis. Fotinus urbis eiusdem episcopus. et
blandina cum aliis .XL.VII. Epipodius
et alexander. In syria victor et co
rona. Mediolanis Faustus. Cabillone
marcellus. Item valerianus. Alexandria
ptolomeus. et VIII. Antiochie.
VII. Hoc tempore lues maxima multas vas
tavit provincias. et pene romanam.
VIII. Sother papa undecimus. sedit annis
VIIII. Theophilus vir sapiens ordina[…]tur.
X. Alexandria agrippinus episcopus
sedit annis .X. Lucius cesar
apoplexi occisus est.
.XI. Catafrigarum heresis oritur.
.XII.
XIII. His temporibus egesippus. dionisius
corinthi episcopus clari habentur.
Pyntus crete episcopus. Theophilus
antiochie episcopus. Modestus. Meli
to. apollinaris et alii plurimi
doctores clari habentur.
XIIII. Antoninus imperator multa prelia
~~contra~~ gessit et per duces suos contra
romanos inimicos exegit.
.XV. Hoc tempore Tatianus heresim
encratitarum condidit.
XVI. Eleutherius papa. XIImus. sedit annis.
XIII. Antoninus comodum filium reg
ni consortem facit et imperatorem appellat.
XVII. Imperatores de hostibus trium
phant. et debita plebi relaxant.
XVIII. Lucius britannie rex ab eleu
therio papa ut christianus efficiatur
XVIIII. Antoninus in pannonia moritur.
Lucius antonius comodus
post mortem patris annis .XIII. regnavit.
.I. Alexandria iulianus episcopus sedit annis
.X. Comodus de germanis triumphat.
.II. Templum serapis alexandria
incensum est.